



The following document is part of a Dulwich Society project to digitise, transcribe and translate the Dulwich Manorial Court Rolls. They begin in 1333 and continue, with some breaks, to 1908.

For more details of the original court rolls and other documents please go to <https://www.dulwichsociety.com/courtrolls/>

Text in **red**, apart from modern notes by the transcriber, indicates text missing from, or entirely illegible in, the original Roll.

Text in various shades of **grey** indicates text which, in the original Roll, is to a greater or lesser extent difficult to decipher.

Text in **green** indicates letters missed out of the original text, usually in commonly found abbreviations.

Otherwise, all contemporaneous text is in **black**, except for presumed later additions which are indicated in **brown** or **blue**.

Roll L1 [This Roll was previously named M6.]

Roll L1 [previously M6] (recto) [Thursday] 30 Sep 1619.

N.B. At least one Court must have been held between 1615 (recorded on Roll K9 [previously M5]) and 2 April 1618 (when Christopher Casinghurst – see below – was buried), but the Roll for it (or them) has not survived.

M.6

D u l w i c h } Ad Visum Franci Plegii Cum Curia Barronis Edwardi Allen armigeri tenta ibidem die Jovis tricesimo
in Comitatu Surrei } die Septembris Anno Regni domini nostri Jacobi dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regis fidei defensoris &c
1619. } decimo septimo et Scotie Quinquagesimo tercio Coram Johanne Harryes Armigero Senescallo ibidem . /

Esso^{generosum}nia Thomas Tysteye essoniavit per Thomam Caltone Et Johannes Stephens essoniavit per Walterum Ethersall . /


Querela Thomas Calton generosus queritur versus Matheus Wythers husbandman in placito transgressionis &c refertur homagio ex assensu partium &c

Constabularius Johannes Casinghurst } Comparuit et Juratus presentat cum Juramento Et modo ad hanc Curiam exoneratur
} et Ricardus Stawton de novo electus est et Juratur. /

Decennarii } obijt 1618
Christopherus Casinghurst } mortuus est citra ultimam Curiam et predictus Henricus Collyns Comparuit et Juratus presentat
et }
Henricus Collyns } cum Juramento Et modo ad hanc Curiam exoneratur / et Robertus Hewyt et Johannes Bodger de

Gustator } obijt 1618./
Johannes Bodger } novo electi sunt et Jurantur. /
} Et modo ad hanc Curiam Radulphus Canterbury de novo electus est et Juratur . /

Favor Fox Daniell Crunwell Henricus Kingsland et Johannes Trapneye Jurantur ad legianciam domini Regis .



Communis Finis 4^s.
solutus domino

Qui dicunt super sacramentum suum quod dant domino de Communie Fine ad hunc diem pro Dulwich prout patet in Capite . /

Qui Jurati et onerati ad inquirendum de et super diversis articulis tam pro Domino Rege quam pro domino huius Manerij dicunt super sacramentum suum quod Humfridus Abbye generosus Ricardus Warde et Johannes Underwoode sunt Resiantes infra precinctum huius Manerij et debent sectam Curie et modo ad hanc Curiam fecerunt defaltam Ideo quilibet eorum in misericordia prout patet in eorum Capitibus

Imprimis, Juratores presentant quod Tenentes Manerij predicti scalas agrestes et pontes ducentes a Dulwiche versus ecclesiam parochialem de Camerwell in decasum iacere permiserunt, Et modo ad hanc Curiam ordinatum est quod x x tenentes Manerij predicti Cui scalæ agrestas et pontes predictos spectant reparabunt scalas agrestes et pontes predictos ante festum purificationis beate Marie proxime sequentem sub pena pro quilibet scala agresta et ponte adtunc non reparata o----- ij^s . /

Item, similiter presentant quod Edwardus Redman Comuniem Viam ^{Regiam} apud Dulwich infra Jurisdictionem huius Curie ^{& trans} pedalem [&] ducentem per terras predicti Edwardi a Dulwich Common versus Dulwiche Courtlodge intercepiavit , Et modo ad hanc Curiam similiter ordinatum est quod predictus Edwardus exponiet (Anglice shall lay forth) Viam predictam ante festum purificationis beate Marie proxime sequentem sub pena o----- vj^s viij^d .

Item, similiter presentant quod nulla persona sive persone franget seu frangent sepes ad nocumentum domini Manerij seu alicuius alius persone post noticiam illis Datum sub pena ^{pro quilibet} tempore sic offendendi / o----- [blank]

Item, similiter presentant quod [Johannes] Stock et [Samuelis] Bridges pontes ducentes trans terras suas versus Greenestreete non reparaverunt sed in decasum iacere permiserunt , Et modo ad hanc Curiam similiter ordinatum est quod reparabunt pontes predictas ante festum purificationis beate Marie proxime sequentem sub pena o----- xl^s . /

Item, similiter presentant quod Robertus Starkey non reparavit quaedam viam pedalem per hordeum[sic, horreum] suum in Dulwiche infra Jurisdictionem huius Curie ibidem (Anglice his barne) --- ---- stagmen (Anglice the pond) (it---- ---ist----) cadere permisit ad nocumentum Cunctorum populorum per viam predictam transeuntia. Et modo ad hanc Curiam similiter ordinatum est quod predictus Robertus viam predictam sufficienter reparabit et scalam agrestam ibidem faciet ut homines facilius per viam predictam transeant ante festum Purificationis beate Marie proxime sequentem sub pena o----- x^s . /

Item, similiter presentant quod Walterus Ethersall non depurgavit scrobes suos a magno Ulmo Ultra ----- ad hordeum suum circa domum suam mancionalem usque horreum Mathei Wythers, Et modo ordinatum est quod predictus Walterus Depurgavit scrobes predictas ante festum Purificationis beate Marie proxime sequentem sub pena pro qualibet virga quae ad tunc non foret depurgata o----- xij^d . /

Et modo, similiter ordinatum est quod predictus Walterus faciet Incile Ut aqua facilius occuretu^f ubi Cursum suum in pascua ^{sua} pertrahetur ante festum Purificationis beate Marie proxime sequentem sub pena o----- x^s . /

Item, similiter ordinatum est quod predictus Walterus depurgabit scrobes suos Usque horreum Carters [= Carter's Hall] in Dulwich Court lane ante festum Purificationis beate Marie proxime sequentem sub pena pro qualibet virga que tunc non foret depurgata o----- xij^d . /

[End of L1 [previously M6] (recto). L1 [previously M6] (verso) continues below.]

M6v

Item, similiter ordinatum est quod predictus Walterus faciet novam scalem agrestem ad finem pomarii sui ante festum Purificacionis beate Marie proxime sequentem sub pena o----- ij^s vj^d. /

Item, similiter presentant quod Ricardus Talboyes non depurgavit scrobes suos per magnam -- -- -- Browninges versus horreum Carters, Et modo ordinatum est quod predictus Ricardus depurgavit scrobes predictos ante festum Purificacionis beate Marie proxime sequentem sub ^{pena} ^{virga} pro qualibet ^{que} tunc non -- depurgata foret o----- xij^d. /

vacuatum quod
~~non~~ Juratores non
concordaverunt
presentari .

~~Item, similiter presentant quod omnes inhabitantes de Dulwich non depurgaverunt Communia stagmina Manerij predicti sed ea sine aqua stare permiserunt ad nocumentum valetudinis pecorum pro defectu inde , Et modo similiter ordinatum est quod omnes inhabitantes Manerij predicti coniunctim depurgabunt stagmina predicta ante festum sancti Michaelis sub pena pro quolibet recusante ita -- -- facere . o----- xv.^s /~~

fine

Item, similiter presentant quod Matheus Wythers non depurgavit scrobes suos a hordei sui ^{ad}

tres virgas ultra Januam et Incile sua et quod non fecit parvam scalam agrestem in fine –
Clausi sui proxime adiacentem Domo suo Mancionali Et modo ad hanc Curiam similiter ordinatum est quod
predictus Matheus depurgabit scrobes predictas et faciet novam scalam agrestem ante festum Purificacionis beate
Marie proxime sequentem sub pena pro qualibet virga scrobis que non foret depurgata
xij^d. et pro non ereccione nove scale agrestis o----- ij^s vj^d. /

Item similiter presentant quod Ballivus Manerij predicti non conservabit Communem parcum (Anglice the
Pound) secundum consuetudinem Manerij predicti nec secundum consuetas leges Regni nostri Anglie sed pecora in
custodia sua sine legitimo warranto exire patitur, et modo ad hanc Curiam ordinatum est quod
predictus Ballivus Custodiet Communiem parcum secundum leges Regni nostri et pecoravit pro ulla transgressione
Commissa sine legitimo warranto exire non patiabitur sub pena pro qualibet tempore sic offendendi o--- x^s.

Item, similiter presentant quod Walterus Ethersall [Henry?] Colyns Matheus Wythers Robertus Beast
cum carucis et Cariagiis suis ad reparandum Communes altas vias ad dies per supervisures viarum Altarum
constitutas non venerunt Ideo ad hanc Curiam ordinatum est quod predictus Walterus [Henry?] Matheus et Robertus
cum carucis et Cariagijs ad dies per supervisures viarum predictarum institutas pervenient sub pena pro quolibet
Defectum inde ut in Statuto in huiusmodi casu proviso mencionatum est

Item, similiter presentant quod [Samuelis] Bridges non depurgavit scrobes suos inter terras suas et terras
Johannis Cassinghurst modo et forma Ut inceptum est apud Howlettes Bridge, Et modo
ordinatum est quod predictus [Samuelis] depurgabit scrobes predictos ante festum Purificacionis beate Marie
proxime sequentem sub pena pro qualibet virga que tunc non depurgiata foret o----- xij^d.

Et modo, ad hanc Curiam similiter ordinatum est quod predictus [Samuelis] Bridges procurabit sufficientem ianuam et postes ad sustinendum ianuam predictam inter terras Johannis Cassinghurst apud Howlettes Bridge predictum ante predictum festum Purificacionis beate Marie proxime sequentem sub pena o----- x^s. /

Item, similiter ordinatum est quod Johannes Cassinghurst procurabit alteras sufficientes postes ad sustinendum Januam apud Howlettes Bridge ante festum Purificacionis beate Marie proxime sequentem sub pena o----- v^s /

Item, similiter ordinatum est quod omnes inhabitantes Manerij predicti annullabunt porcos suos infra septem dies post noticiam per ballivum manerij predicti datam sub pena pro quolibet porco ad tunc non inannulato o----- vj^d. /

[hordeum = barley;
horreum = barn]

Item, similiter presentant quod Robertus Starkye non sufficienter reparavit sepem suam circa hordeum suum Anglice his Barne Et modo similiter ordinatum est quod predictus Robertus reparabit sepes predictos ante festum Nativitatis Christi proxime sequentem sub pena pro qualibet virga ad tunc non reparata o----- vj^d.

generosus

Item, similiter presentant quod Marelyn Netyt socer predicti Roberti Starkye est Communis Rixator quod servos aliorum ad magistrorumico Ideo ordinatum est quod predictus Marelinus punitus sit secundum legem in huiusmodi casu pro talibus personis provisam

Item, similiter presentant quod Daniel Cranwell non depurgavit scrobes suos, Et modo similiter ordinatum est quod predictus Daniel depurgabit scrobes suos ante festum Epiphanie proxime sequentem sub pena pro qualibet virga que tunc non depurgata foret o----- xij^d.

Item, ulterius ordinatum est quod predictus Daniel removebit hogasterium suum Anglice his hogstye a loco ubi nunc est ad alium locum ante festum Epiphanie proxime sequentem sub pena o----- x^s

Item, ulterius ordinatum est quod Johannes Lewys procurabit Januam positam esse in penetralis sui Anglice his passage ante festum Purificacionis beate Marie proxime sequentem sub pena o----- xv^s. /

*ardonatur
per Dominum*

Item, ulterius presentant quod Ricardus Stauton ad detrimentum Ideo ipse in misericordia o----- vj^s viij^d.

Afferatur per totum Homagium

Executum per Johannes Harries
senescallum ibidem

[End of Roll L1 [previously M6].]